

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Iaponensis pueri de pretio paupertatis oratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

communis fert natura. Idcura, quomodo mens tua seipsa utatur. In hoc enim sunt omnia. Cetera sine à voluntate dependeant, sive secus, mortua sunt, fumusq;. Quidni Antoninus virtutes & quæ diuitijs, ac corpori mentem anteponat, cùm vel Ethnicus Anaxagoras interroganti cuidam, quisnam esset beatus? dixerit, Nemo ex his, quos tu felices existimas: sed euno in illo numero reperies, qui à te ex misericordia constare creditur. Non erit ille diuitijs & honoribus abundans: sed aut exigui ruris, aut non ambitiosa doctrina fidelis asperguntur cultor, in recessu, quam in fronte beatior; fide diutor, quam ære; moribus cultior quam honoribus; denique ipsa locupletior paupertate.

## III.

**Horat. Tur-**  
**sellin, lib. 4.**  
**vit. S. Franc-**  
**isp. II.**

Quod vel naturæ lumine docti videre Iapones, quantumvis alioqui Bonziorum suorum tenebris obnubilati. Sanctus noster Franciscus Xauerius ad regem Bungi salutandum regiam ingressu, prætorianos milites numero sexcentos, luculentè armatos offendit in vestibulo atrioq;, mox in spatio porticus complures è cohorte regia obnios habet, &c. Aula hinc patnit viris nobilibus plena, ubi puer septennius; sed quod facile appareat, indolis rara, ab senecte ductus occurrit Xauerio, eumq; more patrio salutat. Fortunatum eius in regiam aduentum regi perinde charum jucundumq; fore, ut tempotius imber sit per astatem segeti siti- enti. Proinde ingredetur latue, ac memor, se bonis iuxta charum esse, & innisum malis. Ad qua cùm Franciscus considerat ac benignè respon- disset, adiecit puer: O te beatissim, Pater, qui ex alio orbe in alienas ter- ras venoris, nihil hinc mercimon petens, prater infamiam paupertatis! O immensam DEI, quem colas, bonitatem! ô reconditam sapientiam! cui cordi est in suis sacerdotibus rerum inopia egestasq;! Ex nostri Bon- xij ab egestatis probro usq; è abhorrent, ut jurati propalams confirmant, pauperibus obstructum obscuratumq; esse iter in calix, &c. Porro is puer grauissimus de rebus, supra etatem differens, in ulteriore aulan. Franciscum Lusitanosq; deduxit, ubi procerum filij confidebant, &c. Ita sensit de Christianorum paupertate Iapon, ethnicus, & puer, ingenio, natura, ratione doctus. Vedit enim avaritia & cupidita- tis domitorem supra omne aurum & gemmas splendere; & longè animi opes, supra fortunæ ornamenta eminere.

## IV.

**Macrobi. I. I.**  
**Saturn. 6. II.**

Quemadmodum stultus est, qui empturus equum, non ipsum in- spicit, inquit Macrobius, sed stratum eius & frumenta: sic est, quis ho- minem ex ueste, aut conditione, qua modo uestis nobis circumdata est, estiman-